

nent, ne à coniugibus proavis natum Christum
 concedere cogantur. Euseb. lib. 4. cap. 28. Denique
 generationem liberorum opus & foetum diaboli-
 cum vocant, quos refutat Clemens Stromat. lib. 3.
 Pelagiani hunc errorē interpolant, vt docet Au-
 gustinus libro 2. contra Pelag. cap. 33. 34. 35. Sed Sy-
 ricus Papa Rom. aperte reuocauit, & suos Papi-
 stas docuit hunc ipsum errorem. Itaque quod Ta-
 ciani faciunt, etiam foedum coelibatum iusto con-
 iugio praetulit, & planè contra id sensit quod est
 Hebr. 15. versu 4. Dictum Syricij extat in Can. Pro-
 posuisti. dist. 82. Coelibatum autem praetulisse nup-
 tiis Tacianos scribit Theodoretus, & hanc senten-
 tiam inter errores & blasphemiae capita resenset.
 5 Monogamiam tantum, quanquam inuiti, per-
 mittunt, id est, vt quis semel vxorem ducat, qua
 mortua ducere aliam omnino non concedunt.
 Quum quis enim aliam ducit priore defuncta, &
 illi & Clemens vocant Polygamiam, sed Clemens
 concessam esse homini Christiano defendit libro
 3. Stromat. illi Taciani negant. Hoc caput & semen
 Montanos postea peperit, qui hoc dogma falsissi-
 mum sequuti sunt, & postrema aetate defendit Ter-
 tullianus. 6 Negant Christum ex femine Da-
 uidis natum, ergo negant verum fuisse Messiam, &
 eum qui Patribus promissus fuit, Psal. 132. dum nup-
 tias reiicere pergunt obstinate. 7 Legem Mo-
 sis damnat Tacianus, quod ea coniugiorum bene-
 dictiones & proles promittuntur. Non enim esse
 eam Dei Euangeli, sed alterius asserunt, quod ex
 Marcionitis sumptum est: sed in tot blasphemias
 inciderunt, dum doctrinam suam de pollutione
 coniugiorum ambitiosè tueri contendunt. Arque
 sic